



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Cambium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

CHARITAS.

SUMMARIUM.

- 1 An qui injuriam sit passus ab aliquo pro qua querelam exposuit in iudicio, possit interim pendente causa confiteri peccata sua, & cōmunicare, non tamen cessando ab agitatione iudicii.
- 2 An iudex Ecclesiasticus possit expellere ab Ecclesia nolentem remittere injurias, & desistere ab agitatione causa.
- 3 An haeres occisi, faciens remissionem occidenti, propter hoc censeatur adire hereditatem si eam renuntiavit, vel de pecunia quam acceperat propter dictam remissionem, teneatur solvere debita defuncti occisi, vel creditores habeant aliud quod ius in illa.

AD primum. Respondetur, quod cum ex injuria accepta sive illata tria oriantur. Primum, id est, rancor in corde, statim quis remittere tenetur, & sic intelliguntur multi S. Scripturae loci, & praesertim illud *Matt. c. 18. Nisi remiseritis de cordibus vestris, &c.* Sed actionem injuriarum non tenetur remittere, text. in *c. si quis contristatus, & ibi gl. in ver. satisfaciente, 90. dist. Sylvest. in ver. Charitas, n. 4. §. 6. Altenf. lib. 2. tit. 62. art. 2. D. Thom. 2.2. q. 23. art. 8. in corpore, & 9.25. art. 8. & 9. Ang. in ver. injuria, §. 6. Abb. in c. 1. n. 7. de injuriis.*

Ad secundum. Sac. Congreg. Cardin. de hac re consultata, ita censuit declarat. 301. in meis. Non potest Iudex ecclesiasticus arcere aliquem ab Ecclesia,

eo quod nolit dimittere actionem injuriarum proximo suo: nam satisfacit hominis Christiani officio, si intimum odium, atque rancorem quis deponit, & ita servatur in praxi, & Navar. *confi. 3. de poen. & rem.*

Ad tertium. Respondetur negativè quoad omnia, Boer. *decif. 2. num. 1. Clarus q. 58. num. 33. Bart. in l. pro herede, §. si sepulchris, ff. de acq. hered. Brunus in eius repertorio, in ver. Pax. Nuncius. Tartalia in prag. de compositione, nu. 7.*

CAMBIUM.

Cambium Quid sit, quotuplex, quomodo, & quando liceat vel sapiat usuram; cum sit materia pacticabilis, proluxa, intricata, & suspecta, vide Navar. *c. 17. n. 183. à litera B. Sotum lib. 6. q. 8. art. 2. de just. & jure, Sylv. in verbo usura 4. vide Bull. Pii V. 144. quae incipit: in eam, & aliam Pii IV. 154. quae incipit: Cum sine.*

CLERICUS.

SUMMARIUM.

- 1 Quis dicatur Clericus.
- 2 Quo privilegio utatur circa personam.
- 3 Cognitio clericatus clerici ad quem iudicem spectet.
- 4 Pendente hac cognitione, ubi clericus debeat detineri carceratus.
- 5 Pendente hac cognitione clericatus, an supersedeatur in negotio principali.
- 6 An clericus factus post delictum, gaudeat privilegio fori.

7 An